



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Homini qui uult Deum habere propitiu[m], necessaria sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

seo superbo dicente . Ieiuno bis in sabbato , &c. Et tamen dicebat Christus . Cum feceritis hæc omnia , dicite serui inutiles sumus , fecimus quod debuimus . Vnde Gregorius . Nemo autem se de opere , nemo de tempore extollat , & si iam scimus quæ et quanta bona agimus , adhuc supernus iudex , qua subtilitate hæc examinet ignoramus .

Luc. 17

Homini, qui vult Deum habere propitium, necessaria sunt tria.

Cordis humilitas. Luc. 31. habetur exemplum de publicano à longe stante , & oculos suos ad cælum leuare non audente , sed pectus suam ipse percutiens cordis humilitatem ostendebat. Prou. Cor quod nouit amaritudinem anime sue , &c. Psal. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet . Oris Confessio . Idem publicanus dicebat . Propitius esto mihi peccatori , &c. Et de hac habemus exemplum in libro 3. Reg. 12. cum dixit Dauid . Peccavi domino . Dixitque Natham . Dominus transtulit peccatum tuum . Vnde Glossa , Qui humiliter confitetur ,

Luc. 31

Pro. 14

Psa. 50

Luc. 31

3. Re. 12

Glossa

Bern. cito ueniam consequitur. Et Bernardus. O felix humilitas penitentium, o beata spes confitentium, quam potens es apud omnipotentem, quam facile uincis inuincibile, quam cito tremendum iudicem conuertis in piissimum patrem, &c. Operis satisfactio; sicut faciebat publicanus, qui percutiebat pectus suum, & sic nos debemus percutere pectus nostrum, & redimere peccata nostra elemosynis. Ecclesiasticus. Propurgate cum paucis, &c.

Aedificia claustralium, siue religiosorum debent esse honesta propter quatuor.

Co. 1. 3. **Bern.** **P**rimo, quia mortui sunt modo, ideo potius deberent habere sepulcra quam palatia. Apostolus dicebat. Mortui. n. estis & uita uestra abscondita est cum Christo. Secundo, quia sollicitudo circa ista solet sequi negligentiam. Vnde Bernardus. quia bene dicit. Video quod non sine magno dolore debent uideri quosdam post aggressam Christi militiam, rursus terrenis cupiditatibus immergi, secularibus implicari negociis, cum magna cura erigere muros, & negligere mentes. Quid enim prodest habere tem-